



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

✓ 109-e-4.



1876.



Digitized by Google





DIDYMI CLERICI  
PROPHETÆ MINIMI  
HYPERCALYPSEOS


LIBER SINGULARIS

MANTIS APIΣΤΟΣ ΟΣΤΙΣ EΙΚΑΖΕΙ ΚΑΝΩΝ



P I S I S  
IN ÆDIBUS SAPIENTIÆ  
M. D. CCC. XV.

109. e. 4



**HUJUS LIBELLI DUPLEX FÁCTA EST EDITIO  
QUARUM UNA EXEMPLIS XII. ALTERA XCII.**



LAUR. ALDERANUS RAINERUS J. C.

JULIO RICHARDO WORTHIO EQ. SAL.

AUCTOR commentarioli de studiis moribusque Didymi, biennium abhinc Pisis editi, libellum exiguum quem vides, Juli, ut aliis perpaucis, sic etiam mihi permiserat exscribendum, ea lege, ut ne publici juris fieret: id quod hactenus a me cautum fuerat. Erat enim periculum ne importunissimus quisque scriptorum novam arriperet lucri commoditatem; cum admodum constet, versari inter Italos mercaturam quandam jurgiorum. Quæ lues Italiæ principio ex æmulatione municipiorum, sua quarumque peculiari libertate florentium, sed armis et moderatore uno carentium, orta est. Deinde ubi æmulatio in discordiam paullatim degeneravit, malignitas in litteris, tamquam necessitas superingruentis servitutis, coaluit. Nunc demum, ab hisce præcipue duodeviginti annis, ex quo Britannia tua communia humani generis jura tueri se profitetur, nos interim nostro

Sanguine Cyrnæi luimus perjuria Regis:

utrum mores servitutis litteras depravarint, an litteræ servitutem, haud facile tibi dixerim. Sed cum Musæ te raperent in Italiam, ubi adhuc ara et igne gaudent antiquo, nostrasque miseras solantur, aliquid etiam pro

nobis apud feliores populos intercedunt; tunc nonnullos cernere potuisti earum sacerdotes palam in assentationem, clam saepius in obscoena convicia, prostare ad eujusque novorum dominantium utilitatem, vel ad servorum impotentem dicacitatem verniliter provolutos. At adulatio paucioribus grata, eoque minus fructuosa scribentibus: Mercurio benigniore reciprocantur lucrum ac probra, et quæ magis

Densum humeris babit aure vulgus.

At quod verebar, id evenit. Quidam enim de natione illa grammaticorum; quæ est obnoxia librariorum stipendiis, cum carptim Hypercalypseos, nescio quo pacto, aliquot capita compilasset; paraphrasin vernaculaam, prolixis explicationibus oneratam, vulgavit: tanta insuper virorum nomina ingenio doctrinaque præstantium insectatus est, ut legentibus difficilius sit stomacho temperare. Tu autem, Juli, qui comitatem Senensium et perspectam nuper habuisti, et gaudes meminissem, gravius feras, interpretem atque typographum occultasse sua nomina, et tantummodo Senensium civium personam præ se ferentes, civitatem politiori humanitate religioneque hospitalitatis sane spectatissimam, esse calumniatos: utpote Senenses apud sese paterentur eosdem viros lacesitos iri, quos, si adirent, honestissime amplectentur. Quamquam in illa paraphrasi neque paginam, neque fortasse lineam reperies, quin Insubrem θιωτισμὸν redoleat; interdum etiam Florentinitatem quæsitam: quod sane indicium Insubris grammatici est. Id non tibi, quem in hanc litem adi-

**gerem arbitrum, sed civibus tuis et litterarum nostrarum  
expertibus, explicabo.**

**G**RATIA quædam nativa sua sponte fluit ex ore populi Florentini : verba tamen, quamvis felicioris naturæ, ut in scriptis niteant, exquisitam diligentiam, atque meditationem assiduam scriptoris desiderant. Verum nonnulli, qui in urbe Florentia et proximis civitatibus dant operam libris, sic scribunt, ut lingua nostra potius notha, præpostera servilisque Gallicæ linguae soror, quam Romanæ linguae primogenita filia, atque hæres locupletissima, suæque originis jure libera videatur : sive quod ritu mortalium abundantiam negligentia corrumptunt; sive quod propria, tamquam communia cum plebe, ex-polire fastidiunt; aut potius quod consulere malunt lectoribus suetis loquentiæ Francogallorum ; quam, magnificis quidem titulis, philosophicam atque universalem concelebrant. At contra Bononienses, Mediolanenses, Veronenses in primis, quique alibi ferulam Orbiliannam adfendant, archaismos atque deridiculos logos, a fabulatoribus ex industria in ludicro genere scripturæ admissos, nullo discrimine sibi colligunt; persæpe etiam stribligines quæ Davo alicui, aut Syro, aut monacho lenoni in comœdis vetustissimis ex ore profluunt; ipsa aliquando exscriptorum et typographorum errata, quæ in primis majorum editionibus irrepserunt. Igitur non ex arbitrio usus, aut aurium consensu, neque ex analogia, neque ex fecunditate ingenii, neque ex materiæ decoro; sed ex superstitione scholastica rationem sibi sumunt atque imperium loquendi. Sed cum res pessima

factu, optimo persæpe consilio se tueatur, istas sordes verborum in historiis atque in altioris generis oratione permiscere, exemplis atque lege sanxerunt: scilicet oportere *pristinas vires et germanam speciem sermoni reddere; idque assequi omnino neminem posse, nisi in honorem revocentur innumera vocabula inmerito oblitterata.* Næ lingua potius miserrimam speciem decrepitæ præbeat! Lepide hos homines poeta Senensis irridet:

Troppò Toscano il non Toscano accusa:

cui versiculo plane Horatiano, Venosini tripodis oraculum addam; eò libentius, quod ex Didymi codice peculiari novissimam lectionem sum nactus (nondum a quoquam animadversam, ne a Rich. quidem Bentlejo; quod tamen non, hercule, miror; de aris enim et focis suis ageretur)

Dum vitant *docti* vitia in contraria currunt.

Sed hæc quoque vitia ex ingeniis delapsis in omne genus servitutis fluxerunt. Sic, dum alteri novitati, alteri antiquitati obligantur; vis illa genialis et, ut ita dicam, **NOVA LIBERTAS, MAJORUM LEGIBUS MODERATA** eò tandem amissa est, ut turbæ lectorum ne vel suspicione quidem attingere queant, utrum Attice scripseris an more Cario:

*Νάσης αὐτὸν Καρῶν τὴν ἡγήσατο βαρβαροφάνων.*

Nonne vides, barbariem verborum irrisui fuisse Iliacis etiam temporibus? Nostris vero haud absurde Pseudose-nensis speraverat, dolum non posse ex indicio sermonis, nisi a paucissimis, deprehendi.

**N**EQUI ego loquaculum istum animadversione mea dignum existimarem, nisi me ille, sinistra laude effrundo, eruditorum virorum (quos, ut dixi, grammaticus impudens notat) invidiae quam admodum reformido, devovisset. Invenit enim Didymus nescio in quorum monachorum bibliotheca acroama vetustum de *Eunuchomachia*, id est, de rixantibus et lucrosae philologiæ usu. Epitomen, tui gratia, Juli, ante oculos ponam — Postquam Mercurius infans barbato Apollini boves furatus esset, duo Dii, licet fratres et ab Jove nati et beati, simultates maximas agitabant. Quocirca Patris gravissima auctoritas intercessit, et lege cautum fuit: **POETAS, ESSE MERCATORES: ITEM MERCATORES, POETAS ESSE PROHIBETOR. POENA DOMI, ES ALIENUM: PUBLICA, DEDECUS ESTO.** Hanc legem satis gratam Mercurio, Apollo ægre tulit: quippe qui divina præsensione sciebat, aliquando ditissimos, nobilissimos, fortissimos quosque mortalium scribendi munus designaturos; idcirco clientes suos, nisi mercaturæ quoque vacarent, fore ut egestate identidem laborarent. Hac de re multæ atque contentiosæ disceptationes habitæ sunt in concilio Deorum, donec Janus ex duplice ore tanta tamque composita verba fecit, ut non solum et Jovi temperare legi, et Apollini obtemperare æquo animo jussis Patris persuaserit; sed et Martem quoque placaverit. Mars enim invitus patiebatur, poetas, rhetores atque grammaticos omnesque alios, qui promiscuo eruditorum nomine designantur, abstinere bello. Nova lex igitur lata est, per quam, cum Fato genus mortalium immortales gerat inimicitias, potentes et generosi, armis;

servi rudes, quibus arma aut vetita sunt aut formidolosa, rudibus pugnant; servi autem eruditi in loco ruditis decertant instructi conviciis, nonnumquam ad internecionem, nunquam tamen sine aliquo emolumento. —

Hos igitur, Juli, silentio meo non effugerim. Adde, quod Pseudosenensis, ut me pluribus certioribusque indicis inligaret, meque adnuere suæ fraudi cogeret, re et facto fidem mendacio conciliavit; qui quidem fateatur, *undecim tantummodo Hypercalypseos capitum potestatem sibi factam fuisse; quocirca haud satis exploratas habere singulas ἀλληγορίας: verum, a me uno obtineri posse.* Mihi itaque maturandum videtur, ut Hypercalypsis prodeat, tum Hebraicæ latinitati suæ restituta; tum nuda atque integra, minimeque noxia objurgationibus commenticiis. Etsi vereor, ne idem ille, qui meæ libellum fidei commiserat, dissensum profiteatur: tamen si quæ venit ex necessitate, non æqua modo, sed vel justissima est excusatio: præsertim cum id quod alii quæstus causa egerunt; nos invidiæ detestandæ gratia, destruere conemur. At exemplarium non amplius quam CIV prælo tradidi: hac scilicet mente, ut sincera hæc editio, abræptiæ versionis inverecundiam magis arguere, quam auctoritatem aliquam ambagibus Didymi tribuere videatur.

MOLESTIAM equidem magnam, mi Juli, ac minime profuturam arbitrator suscipere illum, qui Hypercalypseos rationem reddere professurus sit. Etsi, et suas inesse cuique vocabulo significationes, easque intelligentibus pulcherrime patefieri, multi fuerint qui prorsus arbitrarentur:

quædam etiam exquisita anecdota, ut ajunt, conjectura colligi posse pollicerentur. alii non item; quinimo existimabunt aut scurram, aut ægrotum, aut furentem, et quovis modo inficetum hominem, jocularia fudisse. Mihi tamen de hoc tantum liquet; rationem scripturæ hujus, omnibus numeris, suo consentire consilio: quod quale sit, fortasse aliquis probabiliter dixerit; prudenter, nemo. Me non pudet dicere non intelligere: id non fateor solum, sed et patior facilius quam abuti opportunitate hariolandi; et, aut falli et fallere; aut, si quid scriptor consulto ambagibus inumbraverit, parum caute ac minus honeste retegere; aut cum vate desipiente despere. Interdum enim, num vaferimus mortalium sit Didymus; interdum, num amentissimus, dubito. Marcus Jovianus Rainerus Marci F. municeps gentilisque meus, cui, dum sub Rege Vindelicorum stipendia merebatur, aliqua cum Didymo familiaritas intercesserat, enodationem Hypercalypseos, rogatu meo, ab eo flagitavit: sphingis responsum adepti sumus. En, Juli, infra scriptum exemplum epistolæ.

**DIDYMUS CLERICUS**

**M. J. RAINERUS EQ. HIER. SAL.**

**DIDYMO** quondam antiquo accidit, ut cum historiæ cuidam, tamquam vanæ, repugnaret, ipsius proferretur liber qui eam continebat: quod et mihi hodie. at illi, quod plurima scripserat: mihi, quod fere nihil. quando et innumrabilia, et perpaucissima sint æque eodem fato oblivious. potissimum homini qui ab ineunte virili ætate

\*

nil amplius scribendum, nil legendum decrevit. tunc, nescio quo anno sæculi, juxta castra Julia ad Morinos, omnes schedas meas centurioni familiari tuo dono dedi atque arbitratu. Hypercalypsin (nomen auribus meis plane novum) dictavisse non memini. accepi a Jacobo Annonio sacerdote innocentissimo, optimo viro, me in adolescentia vigilem et valentem et siccum (sum enim abstemius) vidiisse portenta : mox per triduum scriptitasse. hæc quoque non memini. sed tunc fortè libellum sibyllinum scripsisse, haud inficiar : non memini : neque legere aveo; neque, ut ex postulas, enarrare sciam, neque velim. quinetiam de suscipienda editione, ad Apollinem Didymeum ire jubeo. Veritas, si modo ulla in ænigmatibus inest, latet quasi semen quod sine offensione præsentium, sine fraude posterūm floreat, vi temporis: contra, si res iudicra est, ætas eadem et nugas, et auctores, conjectoresque ridebit. Verum, et mortalem vaticinari, et quæ scripserat plane oblivisci neutrum credibile tibi fuerit: ipse id satis habeo, multa sæpe fuisse et vera et incredibilia. Quid? Nonne fuit Didymo cœco Juliani lethum divinitus patesfactum? — Plura rescripsi præter consuetudinem meam: sed hisce litteris, tamquam edicto monere libuit, ne quis homini propediem morituro quietem irrumpat. Aveto. scrip. Ufenæ ad Ulrici Hütteni sepulcrum. .

SED cum suo cuique vel Genio vel Fato, verum etiam ribidine sit utendum, difficile factu erit, quin aliquis exemplum Pseudosenensis libentius imitetur quam nos-

trum. Quis enim de se confidentius non sentit? Quis ergo non sibi dictum putet versum Euripidis :

*Mάντις γ' ἀριστος, ὅστις ἐμάζει καλῶς:*

quem, me invito, in libri titulo circumscriptum effigiem Didymi vides? Vel quis singula Prophetæ minimi oracula ingenio proprio illustrata, ut singula testimonia posteritati non commendabit? Neque ego abnuerim, alios scire posse, quæ ipse nescio: at illis prorsus assentior, qui stultam scientiam quæ sapientia caruerit existimant:

Rarus enim ferme sensus communis in **ILLA DOCTRINA.**

Igitur, nisi religio mihi esset quidquam de autographo mutare in locum inscriptionis a Græco Tragico sumptæ, sententiam Latini Comici sapientissimam surrogarem:

Scin' scite quod scis, proin' tu sileas scitius,  
Te id sciscere inscitissime?

Fortasse hoc quæsito ejusdem litteræ concursu Comicus carpit Euripidem, Sophoclem, aliasque gravissimos poetarum, quibus interdum hæc verborum schemata in deliciis erant: ut illud Ennianum

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

His antiqui rhetores patrocinantur; hæc recentiores mirantur; hæc quis ausit dicere repudianda? tantummodo a doctissimis viris verecunde petere ausim, ut verba Comici vetusti amplectantur; nec sententiam aspernentur; scilicet: — Quisquis garrule promit omnia

vel quæ optima didicit, stultissime res suas gerit. Caveant præsertim Hypercalypseos interpres, ne adimpleatur in iis verbum Prophetæ minimi : *Ignorantiam asinorum potiorem esse stultitia doctorum.*

Atqui non sum inscius (tametsi venalia atque invidirosa commenta defuerint) rem mihi asperrimam fore cum illis, quibus satius est probro affici, quam omnino non nominari; qui quidem non in alterius, sed in sui offenditionem ænigmata excipient: quorum hominum tria genera novi. Unum genus est eorum qui aliquantula bona fama non carent, at augendæ impatientia miserrime anguntur: insidias quotidie pavent; hostes undique venire cernunt; quidquid anili suspicione pviderint, pro comperto habent; queruntur sese insontes ac de re litteraria optime meritos, calumniis peti; ad Mæcenatem confugiunt; cognitionem ab Augusto institutam de famosis libellis recolendam reposcunt; principis severitatem sollicitant; auxilia ephemeridum sibi adjungunt, et ad æquitatem humani generis provocant: scilicet orbi terrarum maximum fore ex detimento rei litterariæ periculum. Alterum genus est eorum quibus, cum neutram famam assequi possent, quietem alienam movere magna merces videtur: belli caussas anquirunt, arripiunt; nec spes ulla victoriæ; at pacem metuunt: non tam sibi prodesse quam aliis obesse malunt. Tertium genus est eorum quibus famosa sunt nomina, pudor attritus; nobilitari se audacia ac dedecore student; neque sua met ipsi probra reticere vel dicere quidquam pensi habent, dummodo aliquo pacto innotescant. Nam ut mortales qui a libidine

laudis exagitantur, præclara sæpe, tamenetsi vana luc-  
tuosaque humano generi, facinora moliuntur, ubi opes,  
fortuna atque ingenii vis adsint; sic alii qui his rebus  
omnibus indigent, eademque ebrietate tument, nil adeo  
ridiculum, nil abjectum, nil fœdum excogitare possunt,  
quod statim non experiantur. Itaque doctissimus, et  
interdum (pace tua dixerim) elegantissimus poetarum  
fixit laudem more Bacchantis quatientem thyrsum:

Percussit thyrso Laudis spes magna meum cor.

Icitur ex cathedra clamitabunt, Hypercalypsin temere  
atque maligne in trivia jactam fuisse quasi semen rixa-  
rum: quas nihilominus alaci mente amplectentur. Tum  
me cavillari; causari; in jus rapere; consistere litem;  
lege privata me interrogare; eversorem dicere rei litte-  
rariæ, hostem patriæ; principis perduellionem me ju-  
dicandum: denique editorem æque ut Hypercalypseos  
scriptorem capite damnandos; typographum ac librarios  
magna pecunia multandos; lectores igni et aqua prohi-  
bendos. At si prætor de accusatione cognosceret, lex  
illa Justiniani Imp. sanctissima: *Si quis agens intentione  
sua plus complexus fuerit quam ad eum pertineat, satis  
præsidii mihi esset. Sed discrimen erit,*

Judice, quem nosti, populo: qui stultus honores

Sæpe dat indignis: —

quem, nisi fuste coerces,

Urgueris turba circum te stante, miserque

Rumperis et latras:

a quo iras et verba viri doctissimi mutuantur. Irarum  
telis, ex conscientia innocentiae, satis viriliter obviam

eam : verba tamen (postquam perlegi Eunuchomachiæ dialogum) magnæ mihi formidini sunt. Itaque si quid erraverim, inire pœnitentiam non recuso; prælia deprecor: obnoxium me præbeo; et pacem, aut saltem inducias, oblatis vectigalibus, opto :

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrannis.

Quod si illi' paci, vel gloriæ, turpissimas rixas prætulerint; ego malim mutus condemnari, quam loquaciter triumphare. Chrysippus ille, quem Cicero vaferriuum, versutissimum, callidissimum Stoicorum, appellat, cum nequiret frangere captiosos academiæ soritas, aliud argumentum dialecticum excogitavit quod vocabat τὸν οὐσιασθεντα λόγον : videlicet, dum alii verbis insistunt, quiescendum.

NEQUE ego intercedam pro Didymo, quem tantæ suavitatis hominem novi, ut ne hostibus quidem suis gaudia iniquæ ultiōnis invideat: præterea rerum humarum adeo incuriosum, ut nesciret qua tempestate, vel qua de re, vel quorum populorum armis, bella ætatis nostræ perpetua agerentur; neque Regum nomina nosceret; neque cuius sub ditione provinciæ Europeæ essent: neque horologio aut kalendario uteretur: horas, dies, menses, sæculi annos non numerabat. Videant quoque viri eruditæ, ne defunctum hominem adoriantur: nam post litteras illas quas M. J. Rainero Didymus scripsit, mortuus an vivus, quidve eo factum sit, adhuc quæro.

CETERUM, ne plura de Didymo ex me sciteris, reperies ad calcem libelli commentariolum olim Italice

editum quem initio epistolæ memoravi. Addam esse penes me codices autographi duo, quorum alter est inscriptus : Ὄποι μνημάτων βιβλία πέντε, id est (ut scriptor commentarioli interpretatur) libri memoriales quinque, de vita sua; quos Didymus stilo Græco-Alexandrino, nescio qua mente, serio tamen, perscripsit; et aliquando edere, versione sive latina sive italica adjecta, in animo mihi est : alter, qui a scriptore commentarioli appellatur. *Itinerario a' confini della repubblica letteraria*, titulo caret; hanc modo præfert ex Phædro inscriptionem :

Joculare tibi videtur et sane leve :

Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.

at edendum non arbitror. Interdum satis urbane jocari Didymum in itinerario video; aliquando haud inscite nugari; saepius tamen discinctum ludere et pueriliter ineptire : qui etiam testetur vidiisse se in abditas partes ædium academiæ cujusdam, legem in pila ahenea majoribus incisam litteris; sic :

Q. F. F. S. NEMINIVE. FRAUDI. SCRIPTURAS. QUASQUE  
ANTIQUITUS. SIVE. ANTIQUO. SERMONE. VEL. CHARTIS  
TRIBUS. SCRIPTAS. PROFERUNTO. SUMTUOSE. EDUNTO. OPTU-  
MATI. SIVE. DEXTERO. SIVE. SINISTRO. QUOIQUE. DECORA-  
GRATÈVE. SINT. DICANTO. PRÆFATIONE. MAXUME. LATINA  
MINUME. LACONICA. MAGNIFACIUNTO. IN. QUA. PLERA  
TAMENETSI. NEQUE. HILUM. ATTINENT. DISSERUNTO. GRÆ-  
CORUM. ROMANORUMQ. CARMINA. SINGULA. BINA. TRINA  
PLERA. EX. SANCTUARIO. INDICUM. RECITANTO. VARIA. IN-

AUDITA. LECTIONE. RENOVATA. ITEMQ. ALIQUOT. LINGUA-  
RUM. OMNIUM. VOCABULA. EX. THESAURIS

SANCTIO

OLLIS. QUI. HUJUSCK. LEGIS. ERGO. SEMEL. PARUERINT  
GRADUS. PRIMUS. ADSCENSUS. AD. CATHEDRAM. ESTO. OLLOS  
QUI. ITERUM. MAGISTROS. HABENTO. QUOS. TEATRIC. IIANT  
APPELLANTO. SI. QUIS. SECUS. FAXIT. SPORTULE. MINUUN-  
TOR. CRIMEN. VIOLATA. REI. LITTERARIA. ESTO

ATQUE ego, quamquam hoc editoris pensum, instantibus fatis, invitissimo mihi obtigit; nihilominus co-  
natus sum exsequi non nisi rite: scilicet, non ex lege  
fortasse a Didymo facta, verum ex perpetuo Eruditorum  
consensu, qui, ut lex, valet: non enim tam nescire,  
quam insolenter capessere litteras pro dedecore habent.  
Itaque, ne communia philologiæ jura videar migrare,  
scripsi ad te, Juli Rich. Worthi, epistolam; latinam,  
fortasse parum; verbosam, satis: in qua ne ratio ulla  
editionis Hypercalypses te aliosve lateret, multa et varia  
complexus sum. En quoque libellum haud invenustis  
typis exscriptum, iisdemque illis exornatum figuris in ma-  
nuscripto delineatis: has præterea curas adhibui, ut  
tibi omnium amantissimo elegantiarum, atque bibliothecis  
amicorum munuscum typographicum concinna-  
rem. Vale. Scrib. Pisis. Kalend. Quint. MDCCCXV.

# **HYPERCALYSIS**





## D I D Y M I

# HYPERCALYPSEOS

### CAPUT PRIMUM

1. **VISIO** Didymi clericis super Hieromorum monachum.
2. Et factum est ut Hieromorus nondum diaconus scribebat diaria in adyto templi de rege, grege, lege et prophetis : Et spiritus ejus obediebat pecuniae.

3. Gaudebat quoque funeribus et exsequiis villorum : Et cum orphani et viduæ non haberent cereum propter sepulturam consanguineorum, Hieromonus minabatur eis verbum Domini :

4. Væ vilici! quomodo receditis ab oratione sanctorum? Ferte vinum, et triticum, et obolos elemosynæ ne sacerdos contaminetur in luctu : Nisi sacerdos et clericus precati fuerint pro defunctis vestris, diabolus devorabit eos in gehenna ignis.

5. Et ego Didymus recordatus sum verbum Dei: Væ vobis, scribæ et pharisæi hypocritæ : quia comeditis domos viduarum orationes longas orantes.

6. Propterea recessi a via Hieromomi : et tantummodo scribebam diaria cum eo.

## C A P U T   S E C U N D U M

1. Et factum est ut in undevigesimo anno , in sexto mense , in tertia mensis a baptisme meo , in die dominicæ , hora prima ante vesperas , contremeret arbor , et vidi visionem :

2. In terram transmigrationis Haramheorum , secus flumen civitatis Firzah , in agro qui dicitur Ptomotaphion : quod viri Haramhei interpretantur , sepulcretum quadrupedum .

3. Ego natus ad collem cyparissorum, loquar omnia quæ vidi in visione et quæ audivi in præsepio.

4. Qui audit, inquirat: et qui non habet oculos, quiescat in verba mea.

5. Et cum discumberem subter ficum, inhians labiis meis, si forte ventus qui agitabat ficum demitteret fructus in os meum: silentium stetit circum animam meam, et calor laxaverat mihi nervos et artus: erat enim mensis ficorum.

6. Et aures meæ audiverunt tonitrua in somnio: et ictus quasi grandinis percutiebant mihi nasum.

7. Ego autem expergefactus præ dolore nasi aperui oculos, et terror invasit in ossa mea: arbor enim concutiebatur veluti per procellam, et cœlum erat sine procella.

8. Et ficus acerbiores percutiebant mihi nasum: et lac eorum manabat amarius felle et absynthio: ficus autem maturiores pendebant ramis.

9. Cogitans cogitavi quod diabolus sederet in arbore, ut scriptum est per poetas in carminibus gentium et in libris metamorphoseon.

10. Et cum surrexissem vidi virum juvenem militarem cum acinace et galea et crista, habentem manu sinistra cornu venatoris: dextera autem concutiebat truncum magnum ficus.

11. Et dixi: Apage Satan: et pedes mei currebant procul ab arbore, currebant veluti super renes equorum.

12. Tunc sonitus terroris conversus paullatim in vocem hominis, clamavit: Sta: Ego autem cecidi in faciem meam et audivi vocem clamantis: Sta super pedes tuos et loquar tecum. Ego interim cum surrexissem currebam procul a voce.

13. Iterum vox appellans me nomine meo, et nomine patris mei, et nomine atavi mei, prosequebatur me: vir militaris currebat calceatus ocreis, et calcaribus ferreis: et sonus acinacis in vagina ferrea currentis super silices implevit frigore suras meas dum ingredeler præsepe bubulci contubernialis mei ad fugiendum terrorem inferni.

14. Et ecce ante oculos meos sedens super manipulum fœni cum calatho in manibus anicula quædam quæ vocabatur Margarita.

15. Vir autem militaris stans ad januam præsepis clangebat cornu clangore turmarum in die prælii.

## CAPUT TERTIUM

**1.** SIGNUM quod factum est Didymo clerico ab anicula Margarita cum vir militaris clangore cornu arceret omnes animas puerorum lascivorum et filiarum agri a janua præsepis.

**2.** Boves bubulci, cum tuba sonaret, timuerunt lanium. et ploraverunt multo mugitu: Vis taurorum percutiebant cornibus præsepe, et virga generationis eorum extendebat in ira: Agni lactentes currebant ad matres, et matres et agni stipabant ad invicem sese præ pavore: Et equi aratoris hinnitu inhiabant pugnam: Et sues grunnientes cursabant undique perterriti per præsepe: Canis autem pastoris longo ejulatu dixit omen triste. At anicula Margarita orabat sine pavore mentis ad Dominum.

**3.** Et cum viderem fortitudinem et fidem aniculae amplexus sum eam: et plorans velut infans clamavi Aa Aa.

**4.** Et cum tertio aperuissem os meum ad clamandum Aa, anicula illa posuit in gutture meo dulcedinem ficus quem unum habebat in calatho.

5. Et comedи ficum: et factus est in ore meo,  
sicut mel, dulcis.

6. Illa autem porrexit ante me calathum vacu-  
um. Et vir militaris dixit ad me: Si plantaveris  
vineam et fructetum venter tuus quiescat, et cogi-  
tationes tuæ sanabuntur.

7. Fac ut calathus iste quem ego do tibi implea-  
tur sudore et labore tuo in nomine Dei.

8. Quid enim resupinus expectas ventum et pro-  
cellam ut dejiciant fructus in os tuum? somnus et  
mors deprehendent animam tuam.

## C A P U T   Q U A R T U M

1. POSTHÆC exorsus est iterum clangor cornu viri  
militaris, et audivi vocem illius: stabat enim ad  
ostium præsepis.

2. Verumtamen melior est somnus quam fraus:  
melior est mors vitæ quam malum nomen et igno-  
minia: optimum autem manducare panem opera  
manuum tuarum et vigilare in labore bono.

3. Expergiscere, Didyme, expergiscere: conver-  
tere oculos ad lumina cœli, et ad Dominum qui  
creavit cœlum et terram, et hominem ut desiderio  
cœli operaretur terram.

4. Scriptum est: Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas ut dormias: et veniet ad te quasi viator egestas, et vituperium quasi vir armatus.

5. Et ecce tu captas viaticum insipientiae et desidiæ et scandali: scribis enim ephemeras adversus fratres tuos quærens lucrum in adulacione et calumnia.

6. Tu es clericus: quid ergo diaria cum clericis? Doce parvulos orationem quam didicisti in tabernaculo sancto: lege tibi et agricolis parabolas veritatis:

7. Quia Deus diligit parvulos et pusillos et pauperes: reddet ergo tibi bonum secundum caritatem tuam erga eos.

8. Evangeliza pauperibus orationem dominicalem: ut petant in quiete mentis et in sudore frontis panem quotidianum:

9. Ut in patientia cordis discant dimittere debitum debitoribus prædivitibus qui non reddunt operario mercedem:

10. Ut, cum leges, greges, reges filiorum Adam revertentur, subvertentur, revertentur super faciem terræ, agricolæ et operarii adorantes clament: Fiat voluntas Dei sicut in cœlo et in terra.

11. Sic pro labore justo habebis panem et pacem  
in domo cordis tui.

12. Cave præsertim ne scribas diaria: melior est  
somnus quam fraus: melior est mors vitæ quam ma-  
lum nomen et ignominia.

13. Memoria scriptorum omnium ephemeridum  
in compositione adsentationis et objurgationis fiet  
opus sterquilinii.

## C A P U T Q U I N T U M

1. **ONUS Hieromomi.**

2. Et vox viri militaris increpabat ultro: Homo  
homo de colle cyparissorum , fili Raphael filii Sera-  
phim , scio opera tua , et adsentationem ad captan-  
dos improbos , et jurgia tua in prophetas , et insidias  
in animam meam: tu es vivus et mortuus.

3. Sed quia odisti opera Hieromomi adversus vi-  
duas , remitto tibi peccata.

4. Revertere a via tua pessima: leges enim cum  
cœcis , et scribes cum sycophanta: et tempus iræ  
prope est.

5. Hieromomus fiet monachus et sacerdos in  
urbe transmigrationis Gallorum Senonum ad Au-  
strum Alpis Penninæ.

6. Et accinctus diploide impudentiæ , docebit pueros doctrinas quas ne ipse quidem didicerat.

7. Et fiet apostata: ut confiteantur omnes quod scriptum est per sapientem : Homo apostata , vir inutilis ; graditur ore perverso ; annuit oculis ; territ pede ; digito loquitur ; pravo corde machinatur malum ; omni tempore jurgia seminat: huic exemplo venit perditio sua.

8. Ideo Hieromomus scribet diaria ad injiciendum ignem inter stipulas civitatis quam manus Dei liberavit ab eversione et perditione licentiæ.

9. Et replebitur maledictione populi sui: et sumens malitiam suam et atramentarium et baculum viatoris exulabit per gentes alienas , donec veniet in terra fertili , ubi sedet Babylo minima , ad populum epulanem , de quo vaticinatus est Jacob:

10. Asinus fortis accubans inter terminos: vidit requiem quod esset bona , et terra quod optima , et supposuit humerum suum ad portandum , factusque est serviens tributis.

11. Ibi coluber devorans infantem interfactus est a malo cydonio agricolæ: et malum cydonium conterritum a lilio: lilium autem avulsum ab induperatore monacho cuius filii et abnepotes tenebant terram illam sub tributo per satrapas:

**12.** Mox Deus dominus exercituum dedit Viraginem principem populi: sicarii, publicani, et lenones mœchati sunt eam, et facta est meretrix.

**13.** Et Vultur præ se ferens vexillum Aquilæ venit et dixit pullo suo: Ego dominus: tu autem princeps populi hujus; et dabo tibi alas Leonis; et cornu unum Tauri bellicosi; et Piscatoris litora: verumtamen tu contemne prophetas, quia ego inmultitudine stultorum sapientiam prophetarum obruam.

**14.** Principio Deus induit fortitudine ensem pulli; et mentem ejus justitia; et cor ejus misericordia: et pulchritudo et castitas osculatæ sunt in thalamo suo: et vidit virgines et matronas versantes rosas in lectulo filiorum suorum.

**15.** Deinde res nimis prosperæ et adulatores, et Synagoga Doctorum, et Senatus Parasitarum inflaverunt animam suam, et in ebrietate gloriæ suæ rejecit prophetam; vocavitque Synagogam Doctorum, et Senatum Parasitarum, et dixit ad eos verba Baruch:

**16.** Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocausta et thus, et facite manna, et veneramini Nabuchodonosor trium Babylonum, et me Baltassar filium ejus: magnificate bellipotentem:

17. Ut omnes populi sileant sub umbra Nabuchodonosor: vos autem cantabitis eum sub umbra mea, ut serviatis mihi et servis meis multis diebus, et inveniatis gratiam in conspectu meo semper.

18. Et dedit Hieromomo grabatum et ferulam, et constituit eum paedagogum Chaldæum epheborum atrii regis.

## C A P U T   S E X T U M

1. **ONUS** Hieromomi.

2. **Dixit** spiritus Dei vivi: **Necesse est ut veniant scandala.**

3. **Tradidit** ergo Satanæ scribas et paedagogos et anus poetrias libidinosas **ut scandalizent.**

4. **Hæc dixit** vir militaris ad me: **Gallus homo satiabitur fructibus terræ pinguis, et vociferabitur:**

5. **Obliviscimini** linguæ patrum vestrorum quia profert inania: **loquimini** linguam meam quæ habet verba sapientiæ, et cantat mirabiliter in orchestra.

6. **Tunc et Hieromomus** bibet vinum in convivio Eden satrapæ, et una cum Gallo vociferabitur: **Expuam fel e jecore meo super facies filiorum populi ad sanandos oculos eorum, quia prophetæ excœcaverunt civitatem.**

7. Cives autem boni dicent Hieromomo: Extendis linguam tuam quasi arcum mendacii et non veritatis:

8. Comede et bibe in paupertate tua sub rege prodigo, et superpone digitum ori tuo: ne lictores equestres adducant te in castrum civitatis paludosæ usque ad mortem.

9. Sed aures Hieromomi non erunt audientes verbo patientiæ: et iterum subsannabit prophetas justos terræ pinguis, ubi sedet Babylo minima.

10. Cives autem dicent iterum: Hieromome presbyter; exue vestes amatorias juvenum, et indue te indumento nigro levitico:

11. Abjura sacrilegium adulterium et simoniam: mitte calatum sycophantæ: tolle librum psalorum, et cum sacerdotibus et populo dic canticum in templo Dei ad exoptandam pacem urbis, libertatem civium, et gloriam principis:

12. Noli, tu sacerdos, magnificare clades triumphales: minus enim a Domino Deo petimus regem bellipotentem; magis verò sapientipotentem:

13. Scriptum est: Tu es sacerdos in æternum.

## C A P U T S E P T I M U M

1. **ONUS Hieromomi.**
2. **Audi, Didyme,** quia cives boni facient tertio verba patientiæ Hieromomo : filiusque Vulturis prætendet alas suas super eum.
3. Apostata autem obduratur in prævaricatione ; nec habebit ultra medicinam : et cum tertio non audiet , et Vultur repulsus fuerit in nido ignominiaæ , onus ultiōnis corruet adversus eum.
4. Lictores equestres ligabunt manus ejus in pollicibus ferreis , et circumdabunt eum vinculis.
5. Bibliopolæ pro redēmptione nummorū quos dederant ei ut scriberet cum atramento sycophantæ ad liniendam libidinem improborum , venundabunt verromercatoribus papyrophylacium Hieromomi.
6. Lectores ephemeridum execrabuntur eum in amaritudine quia crediderunt mendacio , et persecuti sunt veritatem.
7. Ille recordatus dierum felicitatis suæ , petet auxilium ; et participes quoque sui recedent ab eo.
8. Phlyrias histrio , filius Benach ; et Ghoes poeta , filius Horos ; et Psoriona ludimagister , filius Phthoniæ ; et Agyrtes bibliopola , filius Bethon :

9. Et alia genimina Mammonæ quorum frons  
est attrita et cor non est carneum:

10. Qui dictabant diaria Hieromomo, et instau-  
rabant eum testem fornicationis calumniæ in pro-  
phetas vivos, et in reges mortuos:

11. Et prandebant cum illo agnum pinguem de  
grege, et vitulos Vaccæ Pastoris boni:

12. Dicebantque Hieromomo: Affer vinum et  
bibemus: Et in crapula et ebrietate amplectebantur  
invicem clamantes: Pax: et non erat pax.

13. Tu ergo despice eos: neve convivia illorum  
adeas: quia manducant panem pollutum.

14. Neque sermones illorum audies: quia falsilo-  
qui, et subversores, et irritatores sunt, et spiritus  
oris eorum multiplex.

15. Neque protuleris eloquium coram eis: quia  
increduli, invidi, delatores, et exasperantes.

16. Quam ob rem, illis audientibus, pone signa-  
culum labiis tuis: præstolator intellectus sui venun-  
dabit veritatem, et mercenarius animæ suæ tradet  
animam fratris sui.

17. Idem ergo omnes exprobrantes calamitatem  
Hieromomo, apponent peccata sua super eum.

18. Unusquisque autem in abscondito cordis sui  
obdurabit cogitationes suas in impietate.

19. Diu silet enim conscientia in præcordiis impiorum: conscientia impiorum leo dormiens.

20. Scriptum est: Iniquitas surrexit in virga crudelitatis: sed crudelitas, sero quamvis, sibi flagellum.

21. Ideo dum lictores equestres adducent Hieromomum in castrum civitatis paludosæ usque ad mortem:

22. Ghoes, et Psoriona, et Phlyrias, et Agyrtes filius Bethon prosequentur eum jacentem in compedibus super plastrum, et canent tuba: Io.

23. Et fricabunt faciem ejus urtica ut discat erubescere.

24. Tria tantum; Ara, Aratrum, et Arbor patibuli, filiis Adam opus sunt: unus vero inverecundis hominibus paedagogus optimus; Carnifex.

## CAPUT OCTAVUM

1. GLADIUS quem vidit Didymus clericus.
2. Silentium circumstetit et tenebræ factæ sunt in præsepio: vesperascebatur enim dies.
3. Et audivi vocem dicentem: Sume calathum et accede. Et sumsi calathum et dixi: Ubi es?
4. Et vir militaris evaginavit acinacem clamans: Sequere lumen fortitudinis.
5. Et vidi acinacem coruscantem nudum: et cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus.
6. Et apprehendit me in cincinno tonsuræ meæ: et adduxit me ad flumen urbis Firzah in aggere qui respiciebat ad aquilonem, ubi est sepulcretum quadrupedum.
7. Minæ turbinis possidebant terram: et stellæ retraxerant lumen: nox solitaria gradiebatur in circuitu sepulcreti: et in cursu aquarum tonitrua.
8. Gladius autem viri militaris, in aspectu æris cendentis, frangebat noctem.
9. Et ex utraque parte chalybis, velut stellæ magnitudinis minimæ, præfulgebant literæ duodecim:
10. Ex parte una, literæ sex: EST EST: ex parte altera, literæ sex: NON NON.

## CAPUT NONUM

1. VERBUM super anum poetriam.
2. Et ecce similitudo mulieris nudæ, annorum sexaginta: quæ, quasi vulpis sitiens prædam per solidinem, explorabat undique penetralia fovearum quadrupedum; et sub lumine aeris tenebrescentis veniebat,
3. Distorquens oculos, intuitu procaci, dentibus fractis, mammis attritis, femore fœdo proluvie, ventre prægrandi, cruribus valgis:
4. In capite ejus calvitium: et nesciebat consistere pedibus.
5. Et habebat manu sinistra calamum.
6. Et effodiebat morticina quadrupedum: congregabatque putredines conglutinans eas in ore suo.
7. Et expuebat conglutinatum: et coagulatum est in atramento scriptoris.
8. Post hæc quatiens colubrum rubrum immanem, percutiebat manu dextera nates suas magno cachinno:
9. Et continuò oculi mulieris sexagenariæ insaniebant libidine.
10. Et inhorruerunt pili carnis meæ.

## CAPUT DECIMUM

1. **Mors Hieromomi.**

2. **Et ecce eunuchus quidam, ludimagister, nomine Philippus: homo spurius de terra transmigrationis Haramheorum.**

3. **Gradiens incessu anseris: et conspicilli equitabant nasum ejus: erat enim varus et lippus.**

4. **Tenebatque ligonem vespillonis: et semitæ ejus erant involutæ ambiguitate et caligine: quem cum conspexisset lamia clamavit currens obviam ei:**

5. **Ecce coagulavi secundum præceptum Psorionæ atramentum calamo suo et fratrum suorum.**

6. **Opus perfeci: veni et inebriemur amplexibus donec illucescat dies.**

7. **Eunuchus respondens ait: Anna soror Calambobæ , Hieromomus cinædus tuus mortuus est nudiustertius in vinculis et blasphemia.**

8. **Phlyrias et Ghoes, et Psoriona filius Phthoniæ, et Agyrtes filius Bethon, mœchi tui, venient ad sepeliendum eum in Ptjomotaphio: iidem enim exhumaverunt corpus ejus de loco sancto ubi Synagoga Doctorum sepeliverant eum.**

9. **Et ecce hic ego fossor sepulturæ rursum.**

10. Et cum audivisset hæc verba, poetria pererabat ad similitudinem canis fœtæ lustrans tenebras et sepulcra:

11. Et ejulabat valde dicens: Venena latentia in putredine, et morticina pestifera:

12. Date mihi virus ad occidendos in convivio Ghoes, et Psorionam et Phlyriam, et omnes Apostolos eorum Iscariotes Hieromomi mei:

13. Stillate atramentum et scribam alphabeto flammeo maledictionem æternam: optimates enim urbis crediderunt mihi:

14. Et sicut acuebam calumnias adversus maritos meos: et excœcavi Justitiam calamo, et aperui aures suas lacrymis meis: Et e sacramento germinavit condemnatio innocentium:

15. Sic scribam in libro imprecationem et jurementum et væ ad perdendos etiam nocentes:

16. Quoniam participes et proditores cinædi mei vivi, persecutores etiam facti sunt mortuo.

17. Et bacchabor in Synagoga Doctorum, et in templo, et in emporio populi nuda:

18. Conspicite me populi omnes quia etiam vestimenta mea tandem abominantur me.

19. Cognoscite immunditiam meam quam texi indumento virginis:

20. Numerate super frontem femoris mei oscula Phlyriæ, et Agyrtes, et Ghoes, et Psorionæ inquilini domus meæ.

21. Confitebor omnia facinora mea et fornicationes, et calumnias, et infanticidia; quoniam adulteri mei, adjutores mei hypocritæ, exultant in amaritudine luctus mei: et sepulcrum Hieromomi erutum est manibus eorum.

22. Corripite ergo me fune et igne et forcipe dummodo excrucientur adulteri mei mecum: et dulcificabo amaritudinem meam opprobrio adulterorum meorum, et consolabor in inferno.

## CAPUT UNDECIMUM

1. Post hæc mulier sexagenaria tinxit calamum atramento conglutinato in ore suo.
2. Et scripsit super convexum femoris sui multitudinem adulterorum suorum, numero arabico: nomina autem eorum litera Haramhea:
3. Et numerus et nomen convertebantur in ulcus: et nares meæ abominatæ sunt fœtorem.
4. Et dum lamia illa ejularet, vidi lacertum viridem contorquentem se ex ore suo: habebat enim lacertum pro lingua.
5. Et ex ore lacerti spicula mille: et in omni spiculo sulphur, et virus, et sanguis.
6. Eunuchus interea Philippus effodiebat foveam ligone.
7. Sedens autem sessus super aggerem glebæ foveæ depositus ligonem in femore suo: et conservens manus suas, et emittens vocem tintinnabuli obtusi, dixit mulieri:
8. Audi, Anna Calamobòa: Synagoga Doctorum ne scandalizarent plebem et ecclesiam seperlierunt corpus Hieromomi in circuitu dormitionis fidelium:

9. Pavor autem viatoris vespertini obtulit hesterna nocte oculo suo similitudinem Hieromomi egredientis e tumulo, evertentis cruces defunctorum in pace.

10. Et simulacra eorum in aspectu legionis columbarum timentium accipitrem orabant gementes ad Deum: *Inimicus animæ nostræ exterens ossa pacifica.*

11. Audi Anna, et parce mihi; quia conturbatio super conturbationem, et auditus super auditum: etenim inhabitantes apud locum religionis audivere vocem Hieromomi:

12. Clamabat enim ab inferis: Fili Horos, fili Bethon, fili Phthoniæ, fili Benach: et vos omnes qui tractabatis consilium mecum:

13. Ad quid dereliquistis solum in prælio?

14. Eja depellite prophetas de nido vitæ; umbra mea autem evertet reliquias eorum, et ossa eorum ludibria aquilonis:

15. Ne viventes in posterum commemorent virtutes eorum super tumulos, et lugeant eos.

16. Cives igitur qui audiverunt hæc, reædificaverunt hodie oriente sole sepultra fidelium: et instauraverunt cruces super ea, et maledixerunt Hieromomo.

17. Postea irruerunt adversus Ghoes et poetas; et adversus Phlyrias et scurras; et adversus Psorionam et ludimagistros; et adversus Agyrtem et bibliopolas, et genus omne scriptorum ephemeridum.

18. Et adversus Synagogam Doctorum.

19. Et etiam adversus me, quamvis custodiam vocem in faucibus meis, ne obstruantur in convivio Eden principis Parasitarum: quia esurio.

20. Neque calatum tinxi in atramentario, neque chirographum dedi typographo: quia paveo.

21. Verbum meum invisibile jactum in præcordia aurium irrigoris divitis: et cum germinaverit zizania de semine meo in ore alieno, ego dicam: Non novi.

22. Ego ergo recogitans consilium, dixi in concilio adulteris tuis: effodiamus cito corpus Hieromomi; sepeliemus illud in Ptomotaphio.

23. Futurum est enim ut locus sanctus sit in æternum acies pugnæ inter umbram Hieromomi et umbras fidelium.

24. Sicut dictum est per poëtam: *Curæ non ipsa in morte relinquunt.*

25. Nam ubi rursus Hieromomus vocaverit vos ab inferis, revelans opera vestra, furor populi et lapides corruent in nos omnes.

## CAPUT DUODECIMUM

1. FUNUS Hieromomi.
2. Et vir militaris dixit ad me: Converttere Didyme ad plagam orientis, et vide: Et continuò facta est lux lurida in circuitu aeris.
3. Et vidi et ecce ibi sexcenta millia alarum vespertillionum micantia sulphure accenso, et supernatantia per fluenta fluminis.
4. Et supervecta alis properabat ad nos cymba nuda velis et remis.
5. Et in cymba similitudines virorum sex, et ferestrum.
6. Et curu adpropinquassent ligaverunt cymbam ad truncum arbuti in aggere.
7. Et primus egressus de cymba homo pusillus qui vescebatur spongiis et glycyrrhiza: hic Agyrtes filius Bethon.
8. Habebatque super humerum corbem voluminum, et in manibus cymbalum: et festinabat clamans loquaciter:
9. Ecce aromata mea, ære alieno magni parta ad comburenda ossa Hieromomi.

10. Secundum autem egredientem de cymba vidi hominem loquaciorem, capite tecto caliendo de pelle simiae; et larva personae in manibus ejus; et alebatur cicadis: hic Phlyrias histrio filius Benach.

11. Tertius veniens oculis et lacertis excoriatis, manducans apes et expuens aculeos in os hominum concinnabat verba achaica, et in labiis ejus murmur lojolitae; et in manibus ejus radices verborum: hic Psoriona filius Phthoniae.

12. Et vidi in fronte hujus scriptos cum fuco au-  
ripigmenti numeros arabicos undecim 19876543210.

13. Et cum adpropinquaret ad fulgorem gladii viri militaris, ecce numeri decem priores facti evanidi: numerus autem postremus zero factus grandior in medio frontis.

14. Quartus, autem egrediens intuitu tristi, manducans limaces et expuens salivam clamabat: Colligit argentum meum: Et commixta salivae exibant cornua limacis: hic Ghoes filius Horos.

15. Et posuit super aggerem vasum plenum papyris carminum: et cum spiritus venti rapuisset carmina et obtulisset illa omnia ante oculos meos:

16. Ego Didymus legens vidi: PRO LEGE, IN LEGEM: PRO REGE, IN REGEM: PRO GREGE, IN GREGEM.

17. Interea ille canebat carmina cum tumultu:  
et discordia personabat in cantico liræ suæ:

18. Cumque dixisset carmen, circumspectans  
undique insidias et æmulos, prætendebat palmam  
dexteræ suæ ad eleemosynam, veluti cæcus in  
vestibulo templi.

19. Sequebatur eos quattuor pygmæus quidam  
anagnostes: et frons ejus velut tabula et caries;  
vescebatur enim tineis librorum; clamabatque voce  
ranarum: Miserere:

20. Et cum homo quartus proximus ei, plecteret  
illum valde crudeliter plectro liræ suæ, anagnostes  
respondebat: Amen.

21. Hic schismaticus est, et sine nomine.

22. Postremus autem et indutus vellere verris  
decorati egressus est de cymba gigas altitudinis  
quinque cubitorum et palmi:

23. Vorans reliquias cœnæ magnæ cœnaculi filio-  
rum Carnificis Sancti:

24. Et ruminabat epulas velut Bos: et eructabat  
eas clamans:

25. Unus ego omnia scio quæ vos omnes nesoitis:  
nam Judas Iscariotes qui tradidit Filium hominis  
in osculo sancto erat de stirpe David. David enim  
rufus erat.

26. Tunc vir militaris dixit ad me: Gigas ille  
indutus vellere verris nescit quod populi sciunt:  
etenim ipse quoque tradidit magistrum suum Syna-  
gogæ Doctorum: Baltassar deceptus a Synagoga  
dedit quinque millia aureorum pretium proditionis,  
et constituit gigantem magistrum magistrorum.

27. Hi sunt viri sex quos ego Didymus vidi  
egredientes de cymba.

### C A P U T D E C I M U M T E R T I U M

1. Et gigas ille erat sandapilarius: et depositus  
fererum prope foveam defossam ab eunuco.

2. Et cum subvertisset sandapilam ad ejiciendum  
cadaver, agnovi Hieromomum olim monachum,  
et lacrymæ obortæ sunt in oculis meis, et palpebræ  
meæ caligavere.

3. Recordatus sum enim dierum innocentiae meæ,  
et lusus pueritiae nostræ: et omnes cogitationes  
meæ fractæ sunt statim formidine mortis æternæ.

4. Et velavi manibus oculos meos ne forte vir  
militaris consiperet veritatem afflictionis meæ:

5. Ille scrutans præcordia mea dixit: Initium  
virtutis misericordia: scriptum est: Justi omnes  
misericordes sunt; et Deus custos misericordiæ:

6. Et si hi omnes qui stant coram te minati fuerint animæ tuæ, miserere eorum:

7. Et ubi omnes homines timeant eos, terebit eos tribulatio, et conscientia, serò quamvis, valabit eos.

8. Inter hæc filius Bethon instaurabat rogum de voluminibus corbis.

9. Mulier sexagenaria assumpsit planctum super cadaver:

10. Phlyrias autem cantabat juxta eam voce meretricia cantiones melicas poetæ exsecti: plorabatque lacrymis comœdi.

11. Later jacebat in Ptomotaphio, et gigas cœlavit in eo unguibus effigiem Hieromomi, atque epitaphium quod per alpha et beta pygmæus anagnostes scripserat: sic:

ΤΑΦΟΣ. ΑΡΑΣ. ΙΕΡΟΝ  
ΚΤΝΑΛΩΠΗΔ. ΙΕΡΟΜΩΜΟΣ. ΚΕΙΤΑΙ  
ΝΕΚΡΟΣ. ΔΑΚΝΕΙ. ΦΕΤΓΕ

12. Pygmæus ne forte alii conspicerent quæ scripserat, sed sit super laterem: et illudens illis locutus est sibi: Ἀλωπηκίζεν πρός ἀλωπηκα.

13. Et vir militaris, respondens illi, dixit ad me: Οὐφις, εἰ καὶ Φάγοι ὄφιν, δράκων δὲ γενήσεται.

## CAPUT DECIMUM QUARTUM

1. EUNUCHOMACHIA. Exorsa est enim rabies æmulationis inter Psorionam et Ghoes: alter enim malebat Hieromomum laudare pro rostris: alter vero cantare in strepitu liræ epicedium.

2. Psoriona autem clamabat: Audi Ghoes; quia Nabuchodonosor rex trium Babylonum constituit me doctorem Synagogæ suæ minimæ: quisquis igitur respuerit scripta mea, majestatis reus erit; quippe qui subarguet ignorantiae Nabuchodonosor regem, qui me constituit doctorem.

3. Ghoes autem clamabat: Sile, fili Phthoniæ; quia orationes tuæ ambulant pedetentim; carmina vero mea pennis volucribus volant: idcirco Nabuchodonosor rex constituit me præconem nominis sui, ut confiteantur eum populi omnes: quisquis igitur antefert orationes suas pedestres cantionibus meis, antefert gloriam suam gloriæ Nabuchodonosor regis: tu ergo majestatis reus eris.

4. Hæc ego Didymus audivi in visione argu-  
menta incredibiliter vera: futurum est itaque ut tradantur laudata posteritati per hebdomadas Polygraphi.

5. Tunc interim in Ptomotaphio invidia et livor antiquus exarsere in furore novo inter Psorionam et Ghoes :

6. Et jurgia et minæ et execrations, et reerminationes scelerum: et Ghoes exprobrabat furta Psorionæ; et Psoriona exprobrabat Ghoes lenocinia: et petebantur calumniis ad invicem.

7. Et Ghoes adjunxerat sibi auxilium Agyrtes: Psoriona vero auxilium Phlyriæ histrionis.

8. Gigas percutiebat alapis tum Ghoes et Agyrtem; tum Psorionam et Phlyriam.

9. Pygmæus sedens seorsum, altero oculo plorans, deprecabatur rixam: altero vero subridens, exhilarabat hypocrisiam cordis sui.

10. Et Anna Calamobòa dum osculabatur prœliaantes, vulnerabat eos omnes dentibus suis venenatis.

11. Et oriebatur rursum disputatio maligna, de lege, rege, grege: et in disputatione crimina majestatis, et sanguis sine ense: saxa autem et ossa quadrupedum ministrabant arma.

12. Eunuchus interea Philippus exterritus fugiebat passibus anseris: meditabatur adire convivium Eden satrapæ Pharisæi Doctoris Maximi: is enim ciebat Eunuchomachias, ut rideret Doctores rixantes, quibus tamen Pharisæus iste Maximus prærerat.

13. Et sepulcretum versum est in tabernam ardelionum.

14. Et factus est terræmotus magnus.

15. Et scissa est fragore horribili terra: et similitudo asini decoriati exsurgens de tumulo cursabat undique:

16. Et ruditus ejus longior eheu centum virorum bellatorum morientium.

17. Et cum spiritus asini, me præsente, transiret, perterrita sunt omnia ossa mea.

18. Rudor interim redactus est in cantilenam Synagogitæ legentis ex cathedra sua.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM

1. **QUERIMONIA** asini.

2. Loquente asino, viri omnes et eunuchus et mulier tacebant: et deambulante illo, stabant.

3. Hæc locutus est asinus:

4. Patres mei et fratres mei, et equi et muli necessarii mei, et boves et oves aliquique filii terræ noti mei:

5. Confecti labore, senio et tabe servitutis emortui sunt: et ad terram parentem nostram reversi, ubi pax.

6. Vos autem humanæ belluæ quòd præter omnes  
creaturas animalium habetis loquelas et manum,  
exactores et carnifices nostri facti estis:

7. Qui non reputatis vos filios terræ sicuti et nos,  
et affectatis viam cœli: sorduimus ergo coram vobis.

8. Concedite saltem nobis domum terræ: domum  
maternam atque pacificam omnibus in æternum.

9. Quare conturbatis requiem nostram et in  
solitudine mortis nostræ vigilatis?

10. Scilicet congeries putredinis asinorum et  
boum videtur vobis cathedra digna sapientiæ:

11. Vos enim, sicut audivi in lumine vitæ meæ,  
transvolatis nubes et luminaria firmamenti et Solem  
et septem mœnia cœlorum: Et oculo carneo, et  
cerebro carneo, et corde carneo, judicatis Sanctum  
sanctorum in excelsioribus excelsi.

12. Verū tamen audivi etiam sapientes vestros  
dum portarem onus decimæ et primitias villici mei  
ad ostium altaris:

13. Confitebantur enim hæc tria in volumine  
sancto: Homo nihil habet jumento amplius: Unus  
interitus est hominis et jumentorum, et æqua utrius-  
que conditio: Quis novit si spiritus filiorum Adam  
ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descen-  
dat deorsum?

14. Nos verò novimus duo munera quæ sejungunt vos a nobis et superbire vos faciunt, esse munera ærumnæ: loquela facit vos loquaces, falsiloquos, delatores; in manibus gladius et calamus:

15. In ore vestro, fel; in manibus, sanguis: egetis ergo lege, quam fornicamini; et rege, quem adulamini; et vos estis grex devoratus aut devorans.

16. Nunc fons calumniarum vobis est: an lex sit ante regem et gregem; vel an rex sit ante gregem et legem; vel an grex sit ante legem et regem:

17. At ubi veritas? nonne dixistis scripta vestra esse aromata ære alieno magni parta ad combuenda ossa hominis? nonne venter vester devorat veritatem? nonne in statera præponderat aurum?

18. Sed veritas ex ore meo quia ego asinus et mortuus.

19. Grex, est populus; lex, est canis vigilans; rex, est pastor: ergo rex primus et ante omnia, quia sine pastore neque canis neque pecus; præterea habet baculum. Sed vulpes sunt inter pecora; et vos vulpes estis: nunc dicite in corde vestro: Ignorantia potior est stultitia; asinus novit nos.

20. Neque ego arguerem ænigmata vestra dummodo quiescerem cum fratribus meis: sed nunc vos coquinatis reliquias nostras cadavere inimico.

21. Frater vester Hieromonus filius olim fuit agri hujus.

22. Et cum carnifex nostri venirent ad mac-tandos nos per cultrum et malleum, Hieromonus puer laniabat nos longa morte:

23. Et excoriavat me senem et claudicantem admodum vivum cum scalpro librario, ad quæstum pecuniæ: nolo ergo carnificem meum inquilinum esse domus meæ sempiternæ.

24. Vobis itaque nullus exitus de loco isto, quin prius sepeliatis in ventre vestro cadaver Hieromoni.

25. Saturamini carnibus fratris vestri antequam fames deprehendat vos, et mors visibilis sternat corpora vestra convivia ferarum.



## CAPUT DECIMUM SEXTUM

1. **SEPULTURA Hieromomi.**
2. Et factus est terræ motus major: et scissa est terra rursus; et similitudo asini reversa in habitaculo suo.
3. Et lumen sulphuris accensi alarum vespertilionum vertebatur in fumum; et multiplicatæ sunt tenebræ: et ventus rugiens arefecit gramina Ptomotaphii: et undæ fluminis equitabant per tumulos.
4. Et quattuor viri et pygmæus et gigas et eunuchus et anus clamabant ejulatu teterrimo: Væ:
5. Et cum væ hominum vox vulpis et lupæ et canis foetæ, et ranarum sexcentarum: et bubo et bufo et noctua et upupa, lugubri et funereo singultu: et chersydrorum, chelydrorum sibilla, jaculorum, cenchrium, amphisbænarum, aspidum, basiliscorum, parearum, et totius progeniei viperarum.
6. Homines autem quærebant cymbam in aggere, et cursabant palpantes tenebras: cymba verò natabat per æquor Tyrrhenum procul ab aggere.
7. Et ecce legio corvorum super corpus Hieromomi: et omnia reptilia et animantia immunda cum eis.

8. Clamavitque eunuchus: Esurio: Fratres viri, adimpleatur verbum asini, antequam animalia cœli, amnis, et terræ devorent cœnam nostram, et mors visibilis epuletur nos omnes in Ptomotaphio.

9. Timentes igitur filii hominis minas spiritus asini, comedebant carnes fratris putrefactas.

10. Vir militaris exhorruit epulas sceleratas et dixit: Attende. Cucurritque cum gladio et cornu in medio convivii:

11. Et ad fulgorem gladii, vidi Hieromomi carnes statim consumptas: et belluæ rapiebant sibi ossa arida.

12. Vidi sex homines et poetriam et eunuchum madentes a vertice capitis usque ad plantas pedum sanguine bullienti, et lambentes sanguinem linguis ad potum:

13. Cumque vir militaris vibraret acinacem ad jugulandos eos, retraxit gladium, et abstinuit a cæde, clamans voce magna :

14. Non ego ultor iniquitatum quas iniqui perficiunt super iniquos; et calix iræ nondum superfluens:

15. Vivite nunc omnes a quibus ego aliquando immolatus fuero: tu autem, terra, ne operias sanguinem meum ante ultionem.

16. Et adposuit cornu labiis suis, et sepulcretum desolatum est a multitudine illa: et restituit ensem vaginæ suæ, et obtenebratus est aer, et silentium et umbræ steterunt circum animam meam.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

1. NUDITAS trium Babylonum.
2. Et cum manssem una cum viro juveni miliari in solitudine obscuritatis, agnovi punctum medium noctis per duodecim ictus campanæ turris urbis Firzah.
3. Et audivi voces commotionis magnæ discurrentes per nubes cœlorum sicut tonitrua: et tendebant ad alam sinistram Aquilonis, dicentes:
4. Babylo maxima, quia quæsivisti veritatem et invenisti et pervertisti eam, furiosa, in impietate libidinum populi tui; si sanguis effusus a te et per te refluxerit super te, fiet in te lacus sanguinis profundus altitudinis mœnium tuorum, et latus latitudinis ter millia passuum a Meridie ad septem Triones, et longus longitudinis sex millia passuum ab ortu ad occasum: Væ civitas! propter te veritas facta est execrabilis: ostendam gentibus nuditatem tuam; non recedet a te rapina.

5. Et voces commotionis conversæ sunt retrorsum quasi fulmina repercussa: et properabant ad plagam intra Solis ortum et Austrum, dicentes:

6. Babylo perpetua, quia aperti sunt cœli et missa fuit lux super te; tu autem, vaferima, super pulchritudinem collium tuorum offudisti nebulam commodam pastoribus tuis ut devorent greges alienos et tuos; et principes tui, septi obscuritate, in muneribus judicant, et sacerdotes tui docent in mercede, et prophetæ tui divinant in pecunia, dicentes: Numquid non lux in medio nostrum? Væ civitas! lumen habes divinum, et obtenebras id umbris terræ: ostendam gentibus nuditatem tuam; non recedet a te rapina.

7. Repente voces flexerunt cursus tonitruum ad plagam intra Solis occasum et Aquilonem, dicentes:

8. Babylo minima, quia stupida neque invenisti neque quæsivisti vias veritatis; sed aperuisti aures tuas ut satiarentur mendacio; obserasti oculos tuos ne cernerent lucem; et lingua tua promta in ebrietate, et mens tua lenta propter pinguedinem miscuerunt adulacionem et jurgia; neque secernis justos ab impiis, vel cives ab alienis; Væ civitas! piscina calumniarum, et invidiæ dilaceratione plena: ostendam nuditatem tuam; non recedet a te rapina.

9. Nunc gloriare et lætare, Babylo dives, in nuditate trium Babylonum: ad te quoque perveniet calix; inebriaberis atque nudaberis.

10. Cum autem voces conticuissent, ego quidem stans admirabar: et sciscitatus sum a viro militari quid prænuntiarent; neque audivi responsum.

11. Ille enim sedens in terra plorabat abunde, in desperatione: et lacrymæ suæ manabant tacitæ quasi pluvia verna matutina quæ fallit oculos aratoris.

12. Propterea ego quoque sedens in terra juxta eum non loquebar ei verbum: animadvertebam enim fletum suum esse sine consolatione.

## C A P U T D E C I M U M O C T A V U M

1. VERBA novissima.

2. Cum autem pertransisset dimidium primum noctis, et dimidium dimidii secundi, vir militaris adsurgens, statuit me super pedes meos;

3. Ut faceret mihi verba novissima: neque ego quibam cernere eum per opaca noctis; verumtamen accepi in corde meo vocem ejus.

4. Et loquebatur ad me: Cum redieris ad collem cyparissorum, et plantaveris vineam et fructetum ut impleas calathum labore tuo:

5. Revertere in urbem tuam, et vaticinare visionem quam vidisti: neque posces eleemosynam, neque accipies mercedem ab homine ullo: scriptum est: Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

6. Ego autem recordatus ludibria prophetarum, clamavi dicens: Ecce omnia vidi oculus meus, et audivit auris mea, et intellexi singula:

7. Concutit artus meus tremor: contritum est cor meum, et in cogitationibus meis sanitas.

8. Pusillus sum tamen et insipiens et adolescens et pauper et clericus: ideo irridebunt me multi; et si quis inclinaverit aures ad me, quæret signum.

9. Respondit ille: Scriptum est: Lampas contemta apud cogitationes potentium parata ad tempus statutum. Requirentibus signum, signum sit fortitudo tua in paupertate.

10. Verumtamen ure ephemerides et volumina pædagogiae monachorum qui abutebantur pueritia tua: vade ad sacerdotem ecclesie tuæ paternæ, et accipies VOLUMEN UNICUM in quo prophetabis, et non fies contemibilis.

11. Igitur cum redieris in urbem aperi VOLUMEN, et dic Synagogæ Doctorum: In antiquis est sapientia; audite quod dictum est antiquis:

12. Congregatio hypocritarum sterilis in vaniloquio: utinam taceretis, et videremini esse sapientes.

13. Deinde interroga Senatum Parasitarum qui ædificant sibi domos: Ubi est litura quam linstis?

14. Scriptum est enim: Erumpere faciam spiritum tempestatum, et imbrem inundantem, et perniciem hiemis ab Aquilone; et destruam parietem quem reges liniunt absque temperamento, et revealabitur fundamentum inane.

15. Propterea manus puerorum lascivorum diruet extemplo fastigium domus vestræ, et ejicient vos de sedibus vestris, et clamabunt: Non est domus; et qui modo ædificabant, non sunt.

16. Deinde dic prædivitibus: Quando alieni capient exercitum civitatis vestræ, et ingredientur portas ejus, et super fratres vestros mittent sortes:

17. Nolite, confisi opibus vestris, lætari in die paupertatis fratrum vestrorum, neque magnificare os vestrum in die angustiae: Divites sumus et locupletati a patribus nostris, et nullius egemus.

18. Suadeo vos emere aliquantulum caritatis et verecundiae, et animadvertetis vos esse cives ejusdem miseræ civitatis, et in vinculis et in opprobrio sicut et alii qui habitant civitatem; at abjectio vestra, propter opes vestras splendidior.

19. Quia vos estis aurei et argentei similes Diis idolatriæ, qui dum caderent nesciebant consurgere; et cum superveniet vastatio, spoliati fueritis a potentiore: nonne bestiæ agri meliores sunt vobis, quæ possunt aut fuga aut furore prodesse sibi in die prælia?

20. Deinde in alios qui sedent in tabernis, et sub porticibus platearum potantes, vociferantes, reprobantes omnia, exprobrantes omnibus, mitte sagittas asperrimas LIBRI:

21. Vos estis nubes aqua carentes; arbores emarginatæ, ventis omnibus circumactæ, infrugiferæ; undæ maris efferatæ, fallaces; lebetes bullientes et despumantes dedecora; aves excœcatæ, clangentes quæ alis errantibus quærunt escam per caliginem tempestatum:

22. Murmuratores queruli: in libidinibus vestris incedentes; quorum os eructat prætumida; multa minantes, nihil perficientes; dominationem justam rejicienes; dignitatem quam timetis, probris secretis exagitatis: quæque non nostis vituperatis:

23. Inermes, inertes, flagitatis redemtionem ab alienis; libertatem poscitis, et irritabitis plebem ad seditionem; regem desideratis, et adulamini, utilitatis vestræ gratia, tyrannidem:

24. Virtutem quæritis et omnia recta pervertitis;  
qui neque scitis vulnerare hostes gladio, sed neque  
non calumniari victori: contradictione peribitis.

25. Deinde et aliis, qui disserentes in concilio  
tenebrarum, præclara moliuntur, die tantum: Nil  
præclarum in tenebris.

26. Deinde illis omnibus qui cubantes in lectulis  
suis somniant somnum de universali felicitate  
filiorum Adam in terris, et expectant libertatem  
civitatis ab æquitate potentium, abrumpe somnum  
et spem, et dic unicuique:

27. Novi te neque frigidum esse neque fervidum : utinam frigidus essemus aut fervidus : itaque  
quoniam tepidus es, futurum est ut te evomam  
ex ore meo.

28. Deinde prænuntia civibus optimis perpetui-  
tatē antiquæ et hodiernæ captivitatis; et lege illis  
omnibus LIBRUM:

29. Habeo adversus vos pauca ; quia nimium  
lætati estis in spe redēmptionis et gloriæ: nunc estote  
animæquiores: nam reges terræ sedebunt loquentes  
adversus nos; servi autem exercebimur in justifi-  
cationibus: verumtamen in desperatione rerum  
unusquisque sibi dicat: Accingar zona fortitudinis,  
et patiens silebo.

30. Vade quoque ad seniores Ecclesiæ ut a. te  
sciant multos extare Hieromomos in arca salutis:  
videant erga ne fiat arca naufraga; eò quod susti-  
net, et quidem multos, apostatas, pharisæos, et  
Simonis magi discipulos inhiantes aurum morientis,  
inquisitiones et sanguinem:

31. Et in superliminaria ædium ubi satrapæ novi  
aliquando congregabuntur, exscribe de LIBRO:  
Ejicite adulatores, et exibit calumnia cum eis;  
ejicite delatores, et conjuratio quiescat; ejicite  
derisores, et cessabunt simultates et contumeliae.

32. Hæc dices denique plebi: Sudor thesaurus  
innocentia. Et cum plebs clamaverit, compesce  
clamores; et si nudaverit gladios, accipe eos in  
sanguine tuo antequam convertat eos adversus  
civitatem.

33. Post hæc perge usque ad altitudinem jugi  
maximi Alpis mediæ: et cum lustraveris oculis  
tuis universam terram patrum nostrorum, aperi  
rursus VOLUMEN:

34. Assume luctum lacrymarum insolabilium et  
lege; exarata sunt enim in LIBRO omnia quæ  
fuere, sunt, fient; quæque adimpta sunt in præ-  
teritum, et adimplebuntur in posterum. Lege ergo  
super terram patrum nostrorum:

35. Egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam: et habens fiduciam in decore tuo, exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, ut ejus fieres.

36. Et tulisti filios tuos et immolasti eos adulteris alienis: numquid parva est fornicatio tua?

37. Et ædificasti tibi lupanar in omnibus civitatibus tuis: ad omne caput viæ, ab umbilico usque ad sepes montium tuorum et ad duo maria tua, sustulisti signum prostitutionis tuæ, et abominabilem fecisti decorem tuum, quia multiplicasti et multiplicabis fornicationes.

38. Et ecce vapulas ab adulteris tuis, et nuda, et confusione plena, et petis auxilium filiorum tuorum quos tradidisti adulteris tuis; et ululas conculcata in sanguine tuo.

39. Facta non es quasi meretrix fastidio augens pretium: tu es mater adultera quæ super hæreditatem pupillorum suorum inducit extraneos:

40. Omnibus meretricibus dantur mercedes fornicationis: tu autem dedisti mercedes omnibus amatoribus, et lumen quoque oculorum tuorum donabis, ut intrent extranei ad te undique ad fornicandum tecum: et quos rejeceras, petis.

41. Propterea, meretrix, audi verbum Dei:

42. Quia effusum est æs tuum, et revelata est ignominia tua, et abominationes tuæ in sanguine filiorum tuorum:

43. Ecce ego congregabo omnes amatores quibus commista es; et omnes super te undique quos dilexisti, cum universis quos oderas:

44. Qui revelabunt sibi invicem pudenda tua: et adulter tradet te adultero, quia sibi pignerati erant te carne sua.

45. Et judicabunt te judiciis adulterarum; et destruent lupanar tuum recens, et de maceriis reædificabunt tibi prostibulum vetus, et lapidabunt te lapidibus, et ex mammis tuis facient emulsionem lactis et sanguinis: neque desines fornicari, sed mercedes ultra non dabis.

46. Hæc ter a te, Didyme, recitata sint super terram patrum nostrorum, ut misereantur sui omnes: nam sicut autumnus et hiems in singulos annos, sic gloria et calamitas visitant certis tempestibus sæculorum singulos populos terræ.

47. Et cum descensus fueris de jugo Alpis mediæ obsigna os tuum, atque abstine a civitatibus gressus tuos; et versare inter multitudinem agricolarum: et si ploraverint, plora cum multitudine, et dic:

48. FIAT VOLUNTAS DEI.

## CAPUT ULTIMUM

1. Et cum vir militaris dixisset hæc tria verba tantum, ecce caligo illa domus mortis scissa ante oculos meos.
2. Et unda amnis sicut electrum; et murmur aquarum velut cantus longinquus tibicinæ; et cursus earum nitentes claro sub lumine lunæ:
3. Et spiramenta aeris suavia refrigerabant venas meas; et olenitia florum in gyro aeris exhilarabant cor meum:
4. Et magnificentia et gloria per cærula firma-  
menta; dulcisque horror, et amor harmoniæ, quies  
et intelligentia ex omnibus splendoribus noctis.
5. Et vir militaris clamavit: Hoc est tabernacu-  
lum Dei vivi; et conscius meus in excelsis. Et  
procidit in genua sua et adoravit.
6. Et conversus ad me dixit mihi: Non sum  
apostolus nec propheta nec angelus, sed centurio  
**Draconum**:
7. Et si fuero judicatus, scio quod justus inve-  
niar: sed hora remigrationis. meæ instat.
8. Et cum consummasset hæc verba, concendit  
equum, et oculi non viderunt eum amplius.

9. Retuli pedes meos in præsepio ad aniculam Margaritam: et vidi eam dormientem super mani-pulum fœni.

10. Et cum pax et silentium sederent in præsepe, abii cum calatho vacuo in manibus meis.



HÆC TRIA TANTUM.

**EXPLICIT HYPERCALYSIS EXARATA PER  
CAPITA XIX. ET PER COLA 333. LAUS DEO.**

N O T I Z I A  
INTORNÒ  
A DIDI MO CHIERICO

STAMPATA IN CALCE AL VOLUMETTO INTITOLATO  
VIAGGIO SENTIMENTALE DI YORICK VERSIONE DI DIDIMO  
PISA MDCCXIII.

I. UN nostro concittadino mi raccomandò, mentr' io militava fuori d'Italia, tre suoi manoscritti affinchè se agli uomini dotti parevano meritevoli della stampa, io ripatriando li publicassi. Esso andava pellegrinando per trovare un'università, — dove, diceva egli, s'imparasse a comporre libri utili per chi non è dotto, ed innocenti per chi non è per anche corrotto; da che tutte le scuole, d'Italia gli parevano piene o di matematici, i quali standosi muti s'intendevano fra di loro; o di grammatici che ad alte grida insegnavano il bel parlare e non si lasciavano intendere ad anima nata; o di poeti che impazzivano a stordire chi non li udiva, e a dire il benvenuto a ogni nuovo padrone de' popoli, senza far nè piangere nè ridere il mondo; e però come fatui noiosi, furono più giustamente d'ogni altro esiliati da Socrate, il quale, secondo Didimo, era dotato di spirito profetico, specialmente per le cose che accadono all'età nostra. —

II. L'uno de' manoscritti è di forse trenta fogli col titolo: *Didymi clerici prophetæ minimi Hypercalypseos, liber singularis*: e sa, di satirico. I pochi a' quali lo lasciai leggere, alle volte ne risero; ma non s'assumevano d'interpretarmelo. E mi dispongo a lasciarlo inedito per non essere liberale di noja a molti lettori che forse non penetrerebbero nessuna delle trecento trentatré allusioni racchiuse in altrettanti versetti scritturali, di cui l'opuscolo è composto. Taluni fors'anche, presumendo troppo del loro acume, starebbero a rischio di parere commentatori maligni. Però s'altri n'avesse copia, la serbi. Il farsi ministri degli altrui risentimenti, benchè giusti, è poca onestà; massime quando pajono misti al disprezzo che la coscienza degli scrittori teme assai più dell'odio.

III. Bensì gli uomini letterati, che Didimo scrivendo nomina *Maestri miei*, lodarono lo spirito di veracità e d'indulgenza d'un altro suo manoscritto da me sottomesso al loro giudizio. E nondimeno quasi tutti mi vanno dissuadendo dal pubblicarlo; e a taluno piacerebbe ch'io lo abolissi. È un giusto volume dettato in greco nello stile degli *Atti* degli Apostoli; ed ha per titolo: Διδύμου Θληρικῶν Τπομημάτων βιβλία πέντε: e suona *Didymi clerici libri memoriales quinque*. L'autore descrive schiettamente i casi per lui memorabili dell'età sua giovenile: parla di tre donne delle quali fu innamorato; e accusando sè solo delle loro colpe, ne piange: parla de'molti paesi da lui veduti, e si pente d'averli veduti: ma più che d'altro si pente della sua vita perduta fra gli uomini letterati; e mentre par ch'ei gli esalti, fa pur sentire ch'ei

l' disprezza. Malgrado la sua naturale avversione contro chi scrive per pochi, ei dettò questi *Ricordi* in lingua nota a rarissimi, affinchè, com'ei dice, i soli colpevoli vi leggessero i propri peccati, senza scandalo delle persone dabbene; le quali non sapendo leggere che nella propria lingua, sono men soggette all'invidia, alla boria, ed alla venalità: ho contrassegnato quest' ultima voce, perchè è mezzo cassata nel manoscritto. L'autore inoltre mi diede arbitrio di far tradurre quest'operetta, purchè trovassi scrittore italiano che avesse più merito che celebrità di grecista. E siccome, dicevami Didimo, uno scrittore di tal peso lavora prudentemente a bell' agio e con gravità, i maestri miei avranno frattanto tempo, o di andarsene in pace, e non saranno più nominati né in bene né in male; o di ravvedersi di quegli errori attraverso de' quali noi mortali giungiamo talvolta alla saviezza. Farò dunque che sia tradotto; e quanto alla stampa, mi governerò secondo i tempi, i consigli e i portamenti degli uomini dotti.

IV. Tuttavia, affinchè i lettori abbiano saggio della operetta greca, ne feci tradurre parecchi passi, e li ho, quanto più opportunamente potevasi, aggiunti alle possibili notate da Didimo nel suo terzo manoscritto, dove si contiene la versione dell' *Itinerario sentimentale di Yorick*; libro più celebrato che inteso; perchè fu da noi letto in francese, o tradotto in italiano da chi non intendeva l'inglese: della versione uscita di poco in Milano, non so. Innanzi di dar alle stampe questa di Didimo, ricorsi nuovamente a' letterati pel loro parere. Chi

la lodò, chi la biasimò di troppa fedeltà; altri la lesse volentieri come liberissima; e taluno s'adirò de' troppi arbitrii del traduttore. Molti, e fu in Bologna, avrebbero desiderato lo stile condito di sapore più antico: moltissimi, e fu in Pisa, mi confortavano a ridurla in stile moderno, depurandola sovra ogni cosa de' modi troppo toscani; finalmente in Pavia nessuno si degnò di badare allo stile; notarono nondimeno con geometrica precisione alcuni passi bene o male intesi dal traduttore. Ma io stampandola, sono stato accuratamente all' autografo: e solamente ho mutato verso la fine del capo XXXV un vocabolo; e un altro n'ho espunto dall'intitolazione del capo seguente: perchè mi parve evidente che Didimo contro all'intenzione dell'autore inglese offendesse, nel primo passo il Principe della letteratura fiorentina, e nell'altro i nani innocenti della città di Milano.

V. Di questo *Itinerario del parroco Lorenzo Sterne*, Didimo mi disse due cose, (da lui tacite, nè so perchè, nell'epistola a' suoi lettori) le quali pur giovanò a intendere un autore oscurissimo anche a' suoi concittadini (1), e a giudicare con equità de' difetti del traduttore. La prima si è: „Che con nuova specie d'ironia, non epigrammatica, nè suasoria, ma candidamente ed affettuosamente storica, Yorick da' fatti narrati in lode de' mortali, deriva lo scherno contro a molti difetti, segnatamente contro alla fatuità del loro carattere.“ L'altra: „Che Didimo benchè scrivesse per ozio, rendeva conto a

(1) On the moral tendency of the writings of Sterne. Knox, Essays moral and literary. Vol. III. No. 145.

sè stesso d'ogni vocabolo; ed aveva tanto ribrezzo a correggere le cose una volta stampate (*il che*, secondo lui *era manifestissima irriferenza a' lettori*) che viaggiò in Fiandra a convivere con gli inglesi, i quali vi si trovano anche al dì d'oggi, onde farsi spianare molti sensi intricati; e lungo il viaggio si soffermava per l'appunto negli alberghi di cui Yorick parla nel suo *Itinerario*, e ne chiedeva notizie a' vecchi che lo avevano conosciuto; poi si tornò a stare a dimora nel contado tra Firenze e Pistoja, a imparare migliore idioma dì quello che s' insegnava nelle città e nelle scuole.

VI. Ora per gli uomini dotti, i quali furono dalla lettura di que' manoscritti e da questa versione dell'*Itinerario sentimentale* invogliati di sapere notizie del carattere e della vita di Didimo, e me ne richiedono istantemente, scriverò le scarse, ma veracissime cose ehe io so come testimonio oculare. Giova a ogni modo premettere tre avvertenze. Primamente: avendolo io veduto per pochi mesi con freddissima famigliarità, non ho potuto notare (il che avviene a parecchi) se non le cose più consonanti o dissonanti co' sentimenti e le consuetudini della mia vita. Secondo: de' vizj e delle virtù capitali che distinguono sostanzialmente uomo da uomo, se pure ei ne aveva, non potrei dire parola: avresti detto ch'ei lasciandosi sfuggire tutte le sue opinioni, custodisse industriosamente nel proprio segreto tutte le passioni dell'animo. Finalmente: reciterò le parole di Didimo, poichè essendo un po' metafisiche, ciascheduno de' lettori le interpreti meglio di me, e le adatti alle proprie opinioni.

VII. Teneva irremovibilmente strani sistemi; e parevano nati con esso: non solo non li smentiva co' fatti; ma come fossero assiomi, proponevali senza prove: non però disputava a difenderli; e per apologia a chi gli allegava evidenti ragioni, rispondeva in intercalare: *opinioni*. Portava anche rispetto a'sistemi altrui, o forse anche per non curanza, non movevasi a confutarli; certo è ch'io in sì fatte controversie, l'ho veduto sempre tacere, ma senza mai sogghignare; e l'unico vocabolo, *opinioni*, lo proferiva con serietà religiosa. A me disse una volta: *Che la gran valle della vita è intersecata da molte violtole tortuosissime; e chi non si contenta di camminare sempre per una sola, vive e muore perplesso, nè arriva mai a un luogo dove ognuno di que' sentieri conduce l'uomo a vivere in pace seco e con gli altri. Non trattasi di sapere quale sia la vera via; bensi di tenere per vera una sola, e andar sempre innanzi.* Stimava fra le doti naturali all'uomo, primamente la bellezza; poi la forza dell'animo; ultimo l'ingegno. Delle acquisite, come a dire della dottrina, non facea conto se non erano congiunte alla rarissima arte d'usarne. Lodava la ricchezza più di quelle cose ch'essa può dare; e la teneva vile, paragonandola alle cose che non può dare. Dell'Amore aveva in un quadretto un'immagine simbolica, diversa dalle solite de' pittori e de' poeti, su la quale egli aveva fatto dipingere l'allegoria di un nuovo sistema amoroso; ma tenea quel quadretto coperto sempre d'un velo nero. Uno de' cinque libri de' quali è composto il manoscritto greco citato poc'anzi ha per intito-

**Iazione: Tre Amori.** — E i tre capitoli di esso libro incominciano: *Rimorso primo*; *Rimorso secondo*; *Rimorso terzo*: e conclude: *Non essere l'Amore se non se inevitabili tenebre corporee le quali si disperdonò più o meno tardi da sè: ma dove la religione, la filosofia o la virtù vogliano diradarle o abbellirle del loro lume, allora quelle tenebre ravvilluppano l'anima, e la conducono per la via della virtù a perdizione.* Riferisco le parole; altri intenda.

**VIM.** Da'sistemi e dalla perseveranza con che li applicava al suo modo di vivere, derivavano azioni e sentenze degne di riso. Riferirò le poche di cui mi ricordo. Celebrava Don Chisciotte come beatissimo, perchè s'illudeva di gloria scevra d'invidia; e d'amore scevra di gelosia. Cacciava i gatti perchè gli parevano più taciturni degli altri animali; li lodava nondimeno perchè si giovano della società come i cani, e della libertà quanto i gatti. Teneva gli accattoni per più eloquenti di Cicerone nella parte della perorazione, e periti fisionomi assai più di Lavater. Non credeva che chi abita accanto a un macellaro, o su le piazze de' patiboli fosse persona da fidarsene. Credeva nell'ispirazione profetica, anzi presumeva di saperne le fonti. Incolpava il berretto, la vesta da camera e le pantofole de' mariti della prima infedeltà delle mogli. Ripeteva (e ciò più che riso moverà sdegno) che la favola d'Apollo scorticatore afroce di Marsia era allegoria sapientissima non tanto della pena dovuta agl'ignoranti prosontuosi, quanto della vendicativa invidia de' dotti. Su di che allegava Diodoro

Siculo lib. III. n. 59 dove, oltre la crudeltà del Dio de' poeti, si narrano i bassi raggiri co' quali ei si procacciò la vittoria. Ogni qual volta incontrava de' vecchi sospirava esclamando: *Il peggio è viver troppo!* e un giorno dopo assai mie preghiere, me ne disse il perchè: *La vecchiaja sente con atterrita Coscienza i rimorsi, quando al mortale non rimane vigore, né tempo d'emendar la sua vita.* Nel proferire queste parole, le lagrime gli pioveano dagli occhi, e fu l'unica volta che lo vidi piangere; e seguitò a dire: *Ahi! la Coscienza è codarda! e quando tu se' forte da poterti correggere, la ti dice il vero sottovoce e palliandolo di recriminazioni contro la fortuna ed il prossimo: e quando poi tu se' debole, la ti rinfaccia con disperata superstizione, e la ti alterra sotto il peccato, in guisa che tu non puoi risorgere alla virtù. O codarda! non ti pentire, o codarda!* Bensi' paga il debito, facendo del bene ove hai fatto del male. Ma tu se' codarda; e non sai che o sofisticare, o angosciarti. — Quel giorno io credeva che volesse impazzire: e stette più d'una settimana a lasciarsi vedere in piazza. Sì fatti erano i suoi paradossi morali.

IX. E quanto alle scienze ed alle arti asseriva, che le scienze erano una serie di proposizioni le quali aveano bisogno di dimostrazioni apparentemente evidenti ma sostanzialmente incerte, perchè le si fondavano spesso sopra un principio ideale: che la geometria, non applicabile alle arti, era una galleria di scarne definizioni; e che malgrado l'algebra, resterà scienza imperfetta e per lo più inutile finchè non sia conosciuto il sistema incom-

prensibile dell' Universo. L' umana ragione , diceva Didimo , si travaglia su le mere astrazioni ; piglia le mosse , e senza avvedersi a principio , dal nulla ; e dopo lunghissimo viaggio si torna a occhi aperti e atterriti nel nulla : e al nostro intelletto la sostanza della Natura ed il nulla furono sono e saranno sinonimi. Bensì le arti non solo imitano ed abbelliscono le apparenze della Natura , ma possono insieme farle rivivere agli occhi di chi le vede o vanissime o fredde ; e ne' poeti de' quali mi vo ricordando a ogni tratto , porto meco una galleria di quadri i quali mi fanno osservare le parti più belle e più animate degli originali che trovo su la mia strada ; ed io spesso li trapasserei senza accorgermi ch' e' mi stanno tra' piedi per avvertirmi con mille nuove sensazioni ch' io vivo. E però Didimo sosteneva , che le arti possono più che le scienze far men inutile e più gradito il vero a' mortali ; e che la vera sapienza consiste nel giovarsi di quelle poche verità che sono certissime a' sensi ; perchè o sono dedotte da una serie lunga di fatti , o sono sì pronte che non danno bisogno di dimostrazioni scientifiche .

X. Leggeva quanti libri gli capitavano ; non rileggeva da capo a fondo fuorchè la Bibbia. Degli autori ch' ei credeva degni d' essere studiati , aveva tratte parecchie pagine , e ricucitele in un solo grosso volume. Sapeva a memoria molti versi di antichi poeti e tutto il poema delle georgiche. Era devoto di Virgilio ; nondimeno diceva : Che s' era fatto prestare ogni cosa da Omero , dagli occhi in fuori. D' Omero aveva un busto e se lo

trasportava di paese in paese; e v' avea posto per iscrizione due versi greci che suonano: *A costui fu assai di cogliere la verginità di tutte le Muse: e lasciò per gli altri le altre bellezze di quelle Deità.* Cantava, e s'intendeva da per sè, quattro odi di Pindaro. Diceva che Eschilo era *un bel rovo infuocato sopra un monte deserto;* e Shakspeare, *una selva incendiata che faceva bel vedere di notte, e mandava fumo noioso di giorno.* Paragonava Dante *a un gran lago circondato di burroni e di selve sotto un cielo oscurissimo, sul quale si poteva andare a vela in burrasca;* e che il Petrarca *lo derivò in tanti canali tranquilli ed ombrosi, dove possano sollazzarsi le gondole degli innamorati co' loro strumenti;* e ve ne sono tante, che que' canali, diceva Didimo, *sono ormai torbidi, o fatti gore stagnanti:* tuttavia s'egli intendeva una sinfonia e nominava il Petrarca, era indizio che la musica gli pareva assai bella. Maggiore stranezza si era il panegirico ch'ei faceva di certo poemetto latino da lui anteposto perfino alle georgiche, perchè, diceva Didimo, *mi par d'essere a nozze con tutta l'allegra comitiva di Bacco.* Didimo per altro beveva sempre acqua pura. Aveva non so quali controversie con l'Ariosto, ma le ventilava da sè; e un giorno mostrandomi dal molo di Dunkerque le lunghe onde con le quali l'Oceano rompea sulla spiaggia esclamò: *Così vien poetando l'Ariosto!* Tornandosi meco verso le belle colonne che adornano la cattedrale di quella città, si fermò sotto il peristilio, e adoro. Poi volgendosi a me, mi diede intenzione che sarebbe andato alla questua

a pecuniare tanto da erigere una chiesa al PARACLETO e riporvi le ossa di Torquato Tasso; purchè nessun sacerdote che insegnasse grammatica potesse ufficiarvi, e nessun fiorentino accademico della Crusca appressarvisi. Nel mese di giugno del 1804 pellegrinò da Ostenda sino a Montreuil per gli accampamenti italiani; ed a' militari, che si dilettavano di ascoltarlo, diceva certe sue omelie all'improvviso, pigliando sempre per testo de' versi delle epistole d'Orazio. Richiesto da un ufficiale, perchè non citasse mai le odi di quel poeta, Didimo in risposta gli regalò la sua tabacchiera fregiata d'un mosaico d'egregio lavoro, dicendo: *Fu fatto a Roma d'alcuni frammenti di pietre preziose dissolterrate in Lesbo.*

XI. Ma quantunque non parlasse che di poeti, Didimo scriveva in prosa perpetuamente; e se ne teneva. Scriveva anche arringhe, e faceva da difensore ufficioso a'soldati colpevoli sottoposti a' consigli di guerra; e se mai ne vedeva per le taverne, pagava loro da bere, e spiegava ad essi il *Codice militare*. Oltre a' tre manoscritti raccomandatimi, serbava parecchi suoi scartafacci; ma non mi lasciò leggere se non un solo capitolo di un suo *Itinerario lungo la Repubblica Letteraria*. In esso capitolo descriveva — un'implacabile guerra tra le lettere dell' abbicci, e le cifre arabiche, le quali finalmente trionfarono con accortissimi stratagemmi, tenendo ostaggi l'*a*, la *b*, la *x* che erano andate ambasciatori, e quindi furono tirannicamente angariate con inesprimibili e angosciose fatiche. — Dopo il desinare, Didimo si riduceva in una sua stanza appartata a ripulire i suoi mano-

scritti ricopiandoli per tre volte. Ma la prima composizione, com'ei diceva, la creava all'opera seria o in mercato. Ed io in Calais lo vidi per più ore della notte, a un caffè, scrivendo in furia al lume delle lampade del biliardo, mentr'io stava giocandovi, ed ei sedeva presso ad un tavolino, intorno al quale alcuni ufficiali questionavano di tattica, e fumavano mandandosi scambievolmente de' brindisi. Gl'intesi dire: *Che la vera tribolazione degli autori veniva, a chi dalla troppa economia della penuria, e a chi dallo scialacquo dell'abbondanza; e ch'esso aveva la beatitudine di potere scrivere trenta fogli allegramente di pianta; e la maledizione di volerli poi ridurre in tre soli, come a ogni modo, e con infinito sudore faceva sempre.*

XII. Ora dirò de' suoi costumi esteriori. Vestiva da prete; non però assunse gli ordini sacri; e si faceva chiamare Didimo di nome, e chierico di cognome; ma gli rincresceva sentirsi dar dell'abate. Richiestone, mi rispose: *La fortuna m'avviò da fanciullo al chiericato; poi la natura mi ha deviato dal sacerdozio: mi sarebbe rimorso l'andare innanzi, e vergogna il tornarmene addietro: e perchè io tanto quanto disprezzo chi muta istituto di vita, mi porto in pace la mia tonsura e questo mio abito nero: così posso o ammogliarmi, o aspirare ad un vescovato.* Gli chiesi a quale de' due partiti s'apiglierebbe. Rispose: *Non ci ho pensato; a chi non ha patria non istà bene l'essere sacerdote, nè padre.* Fuor dell'uso de' preti, compiacevasi della compagnia degli uomini militari. Viaggiando perpetuamente, desinava a

lavola rotonda con persone di varie nazioni; e se taluno (com'oggi s'usa) professavasi cosmopolita, egli si rizzava senz' altro. S' addomesticava alle prime; benchè con gli uomini ceremoniosi parlasse asciutto; ed a' ricchi pareva altero: evitava le sette e le confraternite; e seppi che rifiutò due patenti accademiche. Usava per lo più ne' crocchi delle donne, però ch'ei le reputava più liberalmente dotate dalla natura di compassione e di pudore; due forze pacifiche le quali, diceva Didimo, temprano sole tutte le altre forze guerriere del genere umano. Era volentieri ascoltato, nè so dove trovasse materie; perché alle volte chiacchierava per tutta una sera, senza dire parola di politica, di religione, o di amori altri. Non interrogava mai per non indurre, diceva Didimo, le persone a dir la bugia: e alle interrogazioni rispondeva proverbi o guardava in viso chi gli parlava. Non partecipava nè una dramma del suo secreto ad anima nata: Perchè, diceva Didimo, il mio secreto è la sola proprietà su la terra ch' io degni di chiamar mia, e che divisa nuocerebbe agli altri ed a me. Nè pativa d' essere depositario degli altrui secreti: Non ch' io non mi fidi di serbarli inviolati; ma avviene che a volere scampare dalla perdizione qualche persona m' è pure necessità a rivelare alle volte il secreto che m' ha confidato: tacendolo, la mia fede riescirebbe sinistra; e manifestandolo, m' avvilirei davanti a me stesso. Accoglieva lietissimo nelle sue stanze: al passeggio voleva andar solo, o parlava a persone che non aveva veduto mai, e che gli davano nell' idea: e se alcuno de' suoi conoscenti

accostavasi a lui, si levava di tasca un libretto, e per primo saluto gli recitava alcuni squarci di traduzioni moderne de' poeti greci; e rimanevasi solo. Usava anche sentenze enigmatiche. Nessun frizzo; se non una volta, e per non ricaderci, rilesse i quattro evangelisti. Ma di tutti questi capricci e costumi di Didimo, s'avvedevano gli altri assai tardi; perch' ei non li mostrava, nè li occultava; onde credo che venissero da disposizione naturale.

XIII. Dissi che teneva chiuse le sue passioni; e quel poco che ne traspariva, pareva calore di fiamma lontana. A chi gli offeriva amicizia, lasciava intendere che *la colla cordiale per cui l' uno s' attacca all' altro, l' aveva già data a que' pochi ch' erano giunti innanzi*. Rammentava volentieri la sua vita passata, ma non m'accorsi mai ch' egli avesse fiducia ne' giorni avvenire o che ne temesse. Chiamavasi molto obbligato a un Don Jacopo Annoni curato, a cui Didimo aveva altre volte servito da chierico nella parrocchia d' Inverigo; e stando fuori di patria, carteggiava unicamente con esso. Mostravasi gio-viale e compassionevole, e benchè fosse alloramai intorno a' trent'anni, aveva aspetto assai giovanile; e forse per queste ragioni Didimo tuttchè forestiero, non era guardato dal popolo di mal occhio, e le donne passando gli sorridevano, e le vecchie si soffermavano accanto a una porticciuola a discorrere seco, e molti fantolini, de' quali egli si compiaceva, gli correvano lietissimi attorno. Ammirava assai; ma più con gli occhiali, diceva egli, che col telescopio: e disprezzava con taciturnità sì sdegnosa da far giusto e irreconciliabile il risentimento degli

uomini dotti. Aveva per altro il compenso di non patire d'invidia, la quale, in chi ammira e disprezza non trova mai luogo. E diceva: *La rabbia e il disprezzo sono due gradi estremi dell'ira: le anime deboli arrabbianno; le forti disprezzano: ma tristo e beato chi non s'adira!*

XIV. Insomma pareva uomo che essendosi in gioventù lasciato governare dall'indole sua naturale, s'accordasse, ma senza fidarsene, alla prudenza mondana. E forse aveva più amore che stima per gli uomini, però non era orgoglioso né umile. Pareva verecondo, perchè non era nè ricco nè povero. Forse non era avido né ambizioso, perciò parea libero. Quanto all'ingegno, non credo che la natura l'avesse moltissimo prediletto, nè poco. Ma l'aveva temprato in guisa da non potersi imbevere degli altri insegnamenti; e quel tanto che produceva da sè, aveva certa novità che allettava, e la primitiva ruvidezza che offendeva. Quindi derivava in esso per avventura quell'esprimere in modo tutto suo le cose comuni; e la propensione di censurare i metodi delle nostre scuole. Inoltre sembravami, ch'egli sentisse non so qual dissonanza nell'armonia delle cose del mondo: non però lo diceva. Dalla sua operetta greca si desume quanto meritamente si vergognasse della sua giovanile intolleranza. Ma pareva, quando io lo vidi, più disingannato che rinsavitò; e che senza dar noja agli altri, se ne andasse quietissimo e sicuro di sè medesimo per la sua strada, e sostandosi spesso, quasi avesse più a cuore di non deviare, che di toccare la meta. Queste a ogni modo sono tutte mie congetture.

XV. Avendolo io nell'anno 1806 lasciato in Amersfort, e desiderandò di dargli avviso del giudizio de' *Maestri suoi* intorno a tre manoscritti da me recati in Italia, scrisse ad Inverigo a domandarne novelle al Reverendo Don Jacopo Annoni; e perchè questi s'era trasferito da molto tempo in una chiesa su' colli del lago di Pusiano, presso la villa Marliani, lo visitai nell'estate dell'anno seguente: nè ho potuto riportare dalla mia gita se non una notizia ch'io già sapeva, e i lineamenti di Didimo giovinetto. Quel buon vecchio sacerdote, regalandomi il disegno che ho posto in fronte a questo opuscoletto, mi disse afflittissimo: So che in un paese lontano chiamato Bologna a mare, Didimo regalò tutti i suoi libri e scartafacci a un altro giovine militare che ne usasse a suo beneplacito; e fece proponimento di nè più leggere nè più scrivere: da indi in qua, e gli è pur molto tempo, non so più dov'è sia, nè se viva.

XVI. Mi diede inoltre copia di un epitaffio che Didimo s'era apparecchiato molti anni innanzi; ed io lo pubblico, affinchè s'egli mai fosse morto, ed avesse agli ospiti suoi lasciato tanto da porgli una lapide, lo facciano scolpire sovr'essa:

DIDYMI . CLERICI .  
VITIA . VIRTVS . OSSA  
HIC . POST . ANNOS . † † †  
CONQUIEVERUNT







